Carolus
De trinitate li 3. incipit. Gloſo dño Carolo De trinitate itē qſtiōes. Incipit. Deſi
deratiſſimo filio. Speculoꝝ paruuloꝝ li. i. In ſcriptura. De rōne aīe li. i. Cariſſi
me in chꝛi charitate. Sētētiaꝝ li. i. Super eccl'iaſticū li. i. De ꝓpꝛietate nominū
deo ꝯuenientiū. Tractatus Dño dauid. Ad diſcipulos dialogoꝝ li. i. Super ge
neſim li. i. De eccl'iaſticis dogmatibus li. i. Credimus vnū deū. Super cātica cā
ticoꝛum ꝛ ſuper Joannem: ꝛ ſuper epiſtolas Pauli li. 3.
Rolādus palatinus comes Caroli ex ſoroꝛe nepos mire magnitudīs ꝛ incōparabil' 799
fortitudīs vir. Cuius geſta cātatiſſima nr̄is tp̄ibus hentur hoc anno: cū pyreneos
Hiſpanie mōtes (ſic. n. a crebꝛis igniū fulminibus illi mōteſ ꝯgnoiant̄) vna cū Ca
rolo ꝛ ceteris ducibus trāſiret in guaſconū inſidias incidit: cū quibus in p̄lio inito
licet acriter ſe tutati eēnt. Rolādus tamē ꝛ Anſelmus Egibarduſqꝫ ſummi caroli
duces poſt editā ingentē hoſtiū cedē cecidere. Vaſcōes tamen a Carolo ſuperati
meritas perfidie ſue pēas dedere. Sūt tamē qui dicāt Rolādū ſiti nō vulnere pe
riſſe. Poſt cuius interitū paulo poſt in Rontiuallo multi chꝛianoꝝ ꝯtra fidei nr̄e
aduerſarios dimicāteſ ceciderī. Inter quoſ ferūt. xv. reges ꝛ duces nr̄oſ deceſſiſſe.
Nicephoꝛ⁹ patricius. ꝯſtātinopolitanus impatoꝛ: p⁹ Hyrenē imꝑauit Nicephoꝛus
ānis. 9. Hic egre ferenſ Hyrene imperium eā dolo cepit ꝛ in Leſbū iſulā
releganit: vir certe cupid⁹ ꝛ auarus q huius rei cā multos ciues leſit. Hic
fedus iā ante per hyrenē cū Carolo initū per legatos renouanit. Cōtra hūc Aron 797 5996
Sarracenoꝝ admirat⁹ cū trecētiſmilibus in Aſiā duxit. At Nicephoꝛus vt pacē
cōſequeretur trecenta aureoꝛū milia in annos ſingulos promiſit. Cui⁹ filius: quē
ipīj ꝯſortē fecerat: cū p̄rna federa rupiſſet ab eiſdē ſarraceīſ mīta icōmoda accepit
Taxillo bauarie dux ꝛ Deſyderij regis gener vxoꝛis ſtimulis ꝯcitat⁹ q̄ die noctuqꝫ
cū geſcere nō ꝑmittebat vt ſoceꝝ e regno deiectū ꝛ in ſuitutē detētū in libertatem 798
armis reduceret hoc āno ſollicitatis hunis. i. vngaris ꝯtra carolū bellū mouet. Sꝫ
Carol⁹ p̄ri⁹ ſua celeritate id cōfecit q̄ icohatū ſit. Quo ꝯfecto Carol⁹ duci pacē pe
tēti ñ negauit: accep̄tis tñ Theōe filio ſuo: aliiſqꝫ ꝑmult̄ lectiſſimiſ iuuēib⁹ obſidib⁹.
Aldegiſius Deſyderij filius q āte expugnatiōnē Papie (vt dcm̄ ē) e citrapadanis i
greciā ꝯfugerat: hoc āno grecoꝝ aux⁹ fret⁹ cū magna māu ad repetēdū p̄rnū regnū 799
in italiā vēit. Sꝫ a frācis auſpicio p̄fectoꝝ ſuperatus multiſqꝫ ſupplicijs affectuſ vi
tam finiuit. Quo mortuo ſuaſū ē Carolo vt oēs lōgobardos italia expelleret. Sꝫ
Carolus cū pōtī. Ro. prudētia v̄ſus: cū id tutū neq̄q̄ videret: q̄ multiſ italie ꝓplis
ſāguine ꝛ affinitate ꝯiūcti eēnt ſtatuit lōgobardoꝝ nemē ibi tm̄ remāere: vbi eius
gētis reges ſedē hūere: qd̄ nūc vſqꝫ a ꝯuicinis ꝓuicijs ſuatū ē. Et ſic iā vſqꝫ ad hūc
articulū ꝑductū decimū libꝝ claudēdū iudicauius: ꝛ qd̄ ſeq̄ī i li⁰ ſeq̄nti uidēdū ē.

Fratris Jacobiphilippi Bergomenſis oꝛdinis fratrū Eremitaꝝ diui Auguſtini in
omnimoda hiſtoꝛia nouiſſime ꝯgeſta chꝛonicaꝝ ſupplemētū appellata: Liber vn
decimus feliciter incipit.

Carolus igitur magnus pro ſuis
egregiiſ meritiſ ſingl'ari ꝙ oīuꝫ chꝛiāoꝝ libertatē fide: hoc āno. ſ.
pōtificat⁹ Leōis ſūmi ipīj dignitatē que quingētis ferme ānīſ a
Cōſtātino magno fuerat amiſſa. ꝛ iā nimia vetuſtate oblittera 801 6000
ta egregia v̄tute ſua reſtituit occidēti. Et Auguſtus appellatus:
iperatoꝛiū nom̄ dignitatēqꝫ ſuſcepit: nō ſolū (vt p̄miſſū ē) aſſētiē
te: ſꝫ ēt applaudēte ro. po. ꝛ iperauit ānīſ. 14. cuiuſqꝫ dē vitā ꝛ for
tiſſima bella ſc introducimus. Moꝛtuo enim Pipino patre ꝛ Carolomano fratre
ipſe totius regni gubernacula ſuſcepit. Et intelligens Himoldum olim Aqui
tanie regē viꝝ ſane potentē Aquitaniā ferme totā ad defectionē perduxiſſe: quā
p̄r eius Pipinus ſibi armis ſubiecerat: comparato exercitu ingenti celeritate Hi
moldo obuiam progreditur. Cuius quidem conatus primo aduentu repꝛeſſit. nec
multo poſt eum ſuperauit. ꝛ regno eius potit̄. His confectis rebus: Adrianus ſū
mus pōtifex: cū a Deſyderio rege oppꝛimeret̄: Carolū p̄ legatos mōet ut eccl'ie

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Carolus
Ro. auxilio eēt. Quibus vbis pmotus Carolus in Italiā maturādū ſibi exiſtima
uit. ⁊ alpibus ſupatis in agꝝ thaurinēſē: ⁊ poſtea vercellenſē: vbi Deſideri⁹ caſtra
poſuerat| deſcēdit. Factaqꝫ vtrinqꝫ pugnādi potāte lōgobardi (magna ſuoꝝ parte
amiſſa) in fugā vertunt̄. Deſyderius vͦo Papiā cū paucis trepiduſ ſe recepit. Sed
nō multo poſt cū Carolus ꝑ Bernardū patruelē ſuū ſex mēſibus vrbē obſediſſet
tandē deditione facta Deſyderiū cepit: ipſūqꝫ cū vxore ac filijs ſecū in galliam du
xit: vt hētur in canōe. 23. q. 8. c. Hortatu ⁊ precibus Adriāi. Statiqꝫ omnes italie
vrbes que ad Deſyderiū defecerāt recuperatas pōtifici reſtituit. Ob cuius rei glo
riā Carolus ab pontifice magnifice ꝑſentibus epīs multis laudatus eſt preconijs
⁊ āpliſſimis inſignitus priuilegijs ac titulis in galliā prexit. Carolomani frīs vxo
rem ⁊ liberos ſecū ducēs: quos quidē ſemꝑ precipuo in honore hūit. Reuerſuſ ex
Italia Carolus nulla interpoſita mora in Saxones idolatras: qui ob eius in Ita
liam diſceſſū rebellauerāt. bellū mouet: eoſqꝫ cū quibus ad. 30. ānos bella geſſerat|
vincit. ⁊ Chriſti fidē oīo ſuſcipere coegit. Vez Saxonico durāte bello: multas in
terim ſuſcepit expeditiones: quas ita itegre adminiſtrauit: vt per vniuerſū orbem fa
ma manaret: ipſū nōſine diuina ope bella gerere. Erat aūt Carolo in bellis geren
dis hic primuꝫ prepoſitus finis: vt chrīane fidei legē: quātum in ſe eēt| extolleret: ⁊
eius oēs aduerſarios euerteret. Cōuerſus vͦo in hiſpāoſ a fide noſtra alienos pam
palunā ⁊ Auguſtā nobiliſſimas ciuitates vi cepit. captaſqꝫ militibuſ diripiēdaſ cō
ceſſit: nullo pacto ipſiſ pacē daturuſ. niſi chrī fidē itegre rciperēt. In galliā tū quoqꝫ
rediēs rebus bene ex ſētentia geſtis: dū pyrineos trāſijt in guaſconū inſidias inci
dit. Quo in ꝑlio licet acriter tutat⁹ ſit. Anſelmū tamē ⁊ Egybardū: atqꝫ Rolandū
ſuū ex ſorore nepotē| ſūmos in bello duces amiſit. Guaſcones deīde a Carolo tan
dem ſupati defectiōis ac perfidie meritas dedere penas. Britones quoqꝫ qui ei⁹
mādata neglexerāt| paulo poſt ſuperati ſūt. Beneuētanis ꝑterea qui pōtifici Ro.
bellū inferre ſtatuerāt. His auditis tantū timorē incuſſit: vt iureiurādo adacti pol
licerent̄ ſe in poſteꝝ perpetuo ſub eccl'ie ditiōe permāſuros. Dū aūt hec in Italia
gerunt̄| Taxillo Bauarie dux. ⁊ Deſyderij (vt dixius) gener ſtimulis vxoris cōci
tatus| hunis ſibi cōfinibus ſollicitatis bellū in Carolū mouet: quod quideꝫ Caro
lus celeritate ſua prius pene cōfecit ꝙ incohatū fuerit. Huic ēt pacē nō negauit ob
ſidibus āte receptis: cū idē tēpus qdā Abdoriti: valatatoꝝ: aliorūqꝫ barbarorum
gentiū varijs excurſionib⁹: icēdiis cedibuſqꝫ vexarent̄: opē a Carolo ꝓ ſocietatis
iure petiere. Hos quidem vnico nuncio ſua auctoritate in officio continuit. Qui
bus geſtis cū in magna gloria| magniſqꝫ opibus eēt francoꝝ regnū. Carolus ſtatu
it aduerſus vngaros: q hoſtibus ſuis auxilia ſubmiſtrauerāt bellū ſuſcipere. Hos
cū multis viciſſet prelijs. tandē octauo āno| poſtꝙ bellum inceperant| penitus ſupe
rauit. Nec cōſtat vllū vnꝗ bellū a Carolo geſtū in quo maior hoſtiū fuerit cedes
edita: maiorqꝫ illo illata cladeſ. In eo nēpe (vt oēſ auctoreſ cōueniūt: ingentē vnga
rorum multitudinē: ⁊ pene nobiliſſimū quēqꝫ eo bello abſūptum: maximaꝫ quoqꝫ
vim auri atqꝫ argēti: mltāqꝫ ꝓcioſā ſuppellectilē quā huni varijs ex gētib⁹ direptā
in ſuuꝫ regnū congeſſerāt| a francis in galliam tranſlatam fuiſſe conſtat. Nec mul
to poſt| rebellātibus vndiqꝫ multis rurſus Pipinū filium in vngaros miſit: quos
grauib⁹ ꝓliſſ ſupatoſ ad deditionē ꝯpulit. Adelphōſuſ āt eo tpē aſturie ⁊ gallatie
rex acceptis a carolo auxiliarib⁹ copijs ſupatiſqꝫ ſarracēis Vlixbonā ciuitateꝫ vi
cepit. Qui vͦo i ꝑſidio Barchinone erāt audita adelphōſi victoria carolo ſe ꝯfeſti
dedūt. Superāt̄ ⁊ bauari q foroiuliāos vexabāt ab henrico caroli ꝑfecto. Sꝫ ⁊ cū
romāi aduerſus Leonē pōti. ꝯiuraſſēt. ⁊ vrbe cū pepuliſſēt. Carol⁹ eo audito cōfe
ſtim cū exercitu i italiā vēit: ⁊ oī tumultu ſedato pōtifice cū igēti glīa in ſedē reſtitu
it: a qͦ ꝓ ſuis bñmeritis Auguſtuſ ⁊ iperator appellatus: diadēate ipiali dōatuſ ē
Accepta vͦo iperij ptāte in galliā ꝓficiſcēs incredibili hōre exceptus ē. Ferūt hec
bella ſex ⁊ q̄draginta annis quibus regnauit incredibili felicitate tum magnitudi
ne quadam aī: tum etiam ingenij atqꝫ conſilij Carolum nō ſolū geſſiſſe: ſed ēt cōfe
ciſſe. Quibus regnū ſatis amplū a patre acceptū lōge maius poſteris ſuis religſſe
Unde eā ſibi famaꝫ per vniuerſum mundū comparauerat: vt vndiqꝫ ad eum lega

Carolus

tiones ꝯuenirēt:amicitiāq₃ publice ac priuati peterēt. Nōnulli auctores tradunt
ꝛ p̄ſertim Jacobus de Varagine theologus Genuēſiu₃ archiep̄s in ſua chronica
rē memoratu dignam: Carolū in lōgobardorū bello apud Genuā cōuentum ba/
buiſſe:ibidēq₃ ad p̄ces Cōſtātini imp̄atoris conſtātinopolitani claſſicos exercit⁹
cōtra Aphros ꝛ ſarracenos cōparaſſe:q̄bus fretus auxilijs in barbaros hieroſo/
lymam occupātes exercitū duxiſſe.profligatiſq₃ inde Barbaris:ac ex oi prouincia
pulſis:chrīanos ī hieroſolymā reſtituit.ꝛ firmis munitā preſidijs relinquēs Bizā
tium ad Cōſtantinū imperatorē profectus magno ꝛ incredibili honore ſuſcept⁹ ē.
Jbiq₃ cū oblatos theſauros repudiaſſet multis ſāctorꝝ reliquijs donat⁹ ē. ac pau/
lopoſt in galliam rediens corone domini noſtri Jeſu Chriſti partē:partēq₃ domi/
nice crucis:ꝛ clauū vnū ſudariū.necnō ꝛ beatiſſime v̄ginis. M.camiſiā ſecum de/
tulit:ꝛ in baſilica Aquiſgrani trāſmiſit. Carolus aūt ob beneficium a genuenſib⁹
acceptū:cū eorꝝ ciuitas parum hūane a longobardis gubernata fuiſſet:eā cum ſum
ma iuſticia ꝛ hūanitate gubernauit. Quibus ꝛ ducem ꝓ adminiſtranda ciuitate
primū p̄fecit. Conceſſit ꝛ venetis ꝓprijs vti legibus. Ceterum enarratis Caroli
magni geſtis. Nūc eius habitū:naturam:moreſq₃ breuibus verbis recenſere ſtu
debimus. Fuit Carolus hic ſtatura procera: lato pectore:latis humeris:ꝛmagnis
oculis:naſo paulo eminentiore. Forma deniq₃ ꝛ corporis pulchritudine adeo exi/
mia vt decorē ſimul cū regia quadam maieſtate cōiunctum pre ſe ferre videretur.
Habebat in voce ſplendorē ꝛ in inceſſu:totoq₃ corporis motu ſummam dignitatē
Promiſſā gerebat barbam. valitudine fuit ꝓſpera. ꝛ venationibus francoru₃ more
perſepe ſtudebat. Fuit p̄terea amicorꝝ ſtudioſiſſimus:pietate in parentes: amore ī
filios:hūanitate in oēs alios ſuperabat. Mater ei Berta cōſtātinopolitani impe/
ratoris filia fuit:quā ſemper ſūmo honore ac reuerētia habuit. Sororemq₃ vnica
erat incredibili amore dilexit. Deniq₃ oēm familiam ſuā tanta complexus eſt cha/
ritate. vt quecunq₃ accideret ſecum habere vellet. Fuit in remunerando largus:in
puniendo mitis ꝛ clemens.in iudicādo equus:in gubernādo moderatus erga hoſ
pites peregrinos:ꝛ omnes eos q̄ paupertate nimia laborabant ſūma liberalitate
profuſus. Xenobia(vt Alquinus ait)ad numerū litterarꝝ alphabeti fūdauit.extru
xitq₃ ac copioſe predijs dotauit. Adeo ēt cū per ociu₃ ei liceret:ſtudio delectabat̄
litterarꝝ. Fuerat eni non modo latinis:ſed grecis quoq₃ litteris ſufficiēter īſtruct⁹
Filios quoq₃ ſuos doctiſſimis hoībus erudiēdos tradidit: ꝛ filias:ne ocio torpe/
rent lanificio aſſueſcere iuſſit. Pontē opus egregiū quingentorꝝ paſſuum latitudis
apud Magūciam extruxit. Regias inſup̄ edes varijs in locis ꝛ tēpora plurima e/
dificauit. Et inter cetera Aquiſgrani vbi regni ſedes erat:tēplu₃ maximis ſumpti
bus beate. M. dicatū condidit. Rebus aute₃ ita compoſitis dum Aquiſgrani eēt
valitudis cā ꝓpter aquas calidas que ibi ſcaturiunt:febre ac leterum dolore corre
ptus morit̄ etatis ſue anno ſecūdo ꝛ ſeptageſimoq̄nto kalen. Febru. Salutis vero
āno.815. Eius corp⁹ nō generis honore adhibito in tēplo beate v̄ginis qd̄ ipſe extru/
xerat ſepelit̄ hoc epygrāmate notato. Magni Caroli chrīaniſſimi: romanorūq₃
imperatoris corpus hoc ſepulchro conditu₃ iacet. Fuit autem Carolus ipſe:ſi ei⁹
res tum domi:tum foris geſtas inſpicis tāte amplitudis ꝛ integritatis imperator:
vt poſtea neminem parem nedum ſuperiorem habuerit.

Pipin⁹ Caroli fili⁹ natu maiō eo ip̄o āno quo ꝛ pr̄ Auguſt⁹ appellat̄ ꝛ ip̄e a Leōe pō
tifice ſolēni decreto italie ↄ̄clarat⁹ regnauit āni s.13. vir clariſſimi nec p̄ri ī nullo diſ
ſimilis:quē pr̄ āte ſuſceptā imp̄ij dignitatē ī vngaros miſit:quos cito grauib⁹ p̄lijs
ſup̄atos ad deditionē ꝯpulit. Quo bello ꝯfecto a p̄re in beneuētanos mittit̄:q̄ Gri
moaldo duce finitios pōtificis vexabāt:eoſq₃ ita ꝑdomuit:vt egre ſe mēib⁹ tuerēt̄
verꝝ cū ꝑ aliquot mēſes fruſtra eos oppugnaſſet. Theate ſe ꝯtulit:ꝛ oppidu₃ vi ce
pit:diripuitq₃ atq₃ icēdit. Inde in Ortbonā ꝛ Lucerā mouēs. tādē tiore ꝑculſas
ī deditionē accepit:ꝛ Grimoaldū ducē ibidē cepit:quo capto nō ita multo p⁹ ai do
lore perijt. Hūc ēt pr̄ Carolus in venetos ſibi īfideles falſo accuſatos miſit:q̄ Gra
cliam ꝛ Equiliū inuaſit. Unde multe earꝝ familie nobilium venetias migrarunt:q̄
Pipinus poſt multa bella egregie confecta Mediolani vitam finiuit.

Carolus
Iuſtinianus particiachus duodecimus venetorũ dux Angelo patri ſolus in Riuo
alto ſuffragijs omniũ ſuffectus ducauit ānis duobus ⁊ mēſibus ſex. vir tāto magi
810 ſtratu benemeritus: cuius tēporibꝰ veneta res creſcere cepit. Unde ⁊ rogatu Mi
chaelis cōſtātinopolitani imperatoris claſſem nō modicā contra Mauros Sicili
am occupātes miſit: quos tamē haud ꝓhibere potuerunt quominus magnā ipſius
inſule partem vaſtarent. Cuius ēt tēporibus corpꝰ diui Marci euāgeliſte ex Ale
xandria a mercatoribus venetijs delatū ē: vbi ⁊ poſtmodum in maxima venerati
one habitum in celebriori vrbis loco in eius honore egregiū templum ipſe funda
uit ꝙ frater ſuus Joānes ſucceſſor poſtea perfecit. In quo multa dona ipſi, germa
ni duces ⁊ poſteri recōdidere. Et extūc primū ſenatus venetus Marci ipſiꝰ ima
ginem tanꝙ vrbis patroni in vexillis ſuis deferri ſtatuit. Hic beati Hylarij tem
plum multis exornauit donarijs: ⁊ collocatis ibi ſacerdotibus qui diuina quotti
die celebrarent prouentus multos quibus viuerent addidit: ibidēqꝫ corpus ſuum
ſepeliri mandauit.

## Genuenſium ducum initium.

Ademarus Caroli magni ⁊ Pipini Italie regis neceſſarius francorū comes: his tē
poribus ad ipſis Auguſto ⁊ rege filio genuēſium dux primus ꝑficit̃: vir quidē in
811 gentis aī ⁊ bellorꝫ tū terreſtriū: tū naualium ſciētiſſimus. Nā (ut dictū eſt) cū Ge
nua a Rhotario rege Longobardorum Romāis ablata. ⁊ inhūane diu ab ipſis lō
gobardis gubernata fuiſſet. Tādē in Caroli magni māus deueniēs cū ſumma iu
ſtitia ⁊ hūanitate tam ipſe ꝙ reliqui imperatores galli per centum annos guberna
uerunt. atqꝫ illi oēs ligurie ciuitates vna cum Corſica inſula ſubdiderunt. ⁊ Ade
marum hunc illi ducē prefecerunt. Qui Ademarus dux magiſtratu adepto: cū in
tellexiſſet Mauros Corſicā occupaſſe coadunato exercitu eo veloci curſu conceſ
ſit. ⁊ impetu facto .14. eorū naues cepit ⁊ demerſit. ac inſulā ab eiſdē mauris libe
rauit: quo ab eiſdē tandē interfecto Corſica nihilominꝰ a genuēſibꝰ conſuata ē.
Michael. 38. conſtātinopolitanus imperator hoc anno poſt Stauratium ſororium
812 ſuum imperium aſſumens imperauit ānis. 2. Nam Nicephorus imperator prelio
cū Bulgaris in ſupiori Meſſia cōmiſſo ſuperatus occubuit. Et Stauratiꝰ eius fi
lius in eodē prelio vulneratꝰ Conſtātinopolim reuerſus imperiū aſſumpſit. Quē
tertio imperij menſe hic Michael depoſuit ⁊ illi ſucceſſit. vir ſane pius ⁊ ſāctarū
traditionū emulator. Qui ſuſcepto īperio in gallias oratores ad Ludouicū impe
ratorē trāſmiſit: conſulētes eū qd imagibus fiendum cenſeret̃. quos Ludouicꝰ ad
pontificē Romanū remiſit: cuius intererat ea decernere. Hic aūt cum aliꝙdiu ad
uerſus Bulgaros preliās ſupior fuiſſet. Poſtrēo apō Andrinopolim victus: fuga
tuſqꝫ: copiaſ atqꝫ animū amiſit. Conſtātinopolimqꝫ reuerſus imperio ſe abdicauit
⁊ monaſteriū intrans religioſiſſime vſqꝫ ad mortem vixit.
815 Joānes particiachus tertiuſdecimꝰ venetorum dux poſt Juſtinianū fratrē in Riuo
alto ab oibus cōſtitutus ducauit ānis. 23. ⁊ diebuſ. ix. Hic eccleſiam diui Marci a
fratre fūdatam perfecit. Cuius tēpore ducto exercitu a ſenatu veneto in Methe
mauchum obelcuni Methemaucenſis nonus dux ibidē exul factus occiſus fuit.
Et ciuitas ipſa Methemaucēſis deſtructa eſt. Quā ob rem Joānes in Franciā
vocatus acceſſit. Cuius abſētia ſenatus venetus Caſtellano ep̄o duobus ciuibus
Riuialti curā adminiſtrationiſ reipu. tradidit: qui ⁊ vſqꝫ ad aduētū ipſius curā po
teſtatis ducalis geſſerunt. Deniqꝫ ex Francia reuerſus: cū nimiū luxurie ocioqꝫ
vacaret: ciuili tumultu ducatu deiectus ⁊ tonſoratus mōaſterium ingreſſus ē: vbi
⁊ reliquum vite ſue tempus in orōnibus: lectionibus ac ieiunijs contriuit.
Bernardus Caroli magni nepos Pipino defuncto hoc ipſo anno a Carolo Italie
rex declarat̃. Cui ⁊ mādat vt Ludouico eius filio imperij ſucceſſori in oibus ob
temperet. Sed mortuo Carolo eius mādatiſ nequaꝙ obſeq voluit. Inſtigātibus
eni qbuſdam ep̄is ⁊ ſeditioſis ciuibus ab imperio defecit: ac ciuitates quaſdam ⁊
populos in ſua verba iurare coegit. Quā ob cauſam Ludouicū imperatorem in
ſe cōcitauit. ⁊ quoſdā copiarum ſuarū ductores cum valida manu in Italiam mi
ſit. Quorū impetus cū Bernardus retardare conaret̃ in alpibus ſuperatus ē: vbi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Carolus

ſeditiōis auctores capti ſtatim necanť. Ipſe āt Bernardus q̄uis ſupplex veniā
peteret. Aquiſgrani perductus capitali ſupplicio puniť. Epiſcopi quoq̨ tāti mali
auctores: ſynodali decreto in mōaſterij ſ relegātur. Regnauit āt Bernardus in ita
lia annis nouem.

Ludouic9 ꝯgnomīto pi9 ſecūdus p9 Carolū galloꝝ imperatorē: hoc āno p̄re
defūcto cū Lotbario filio ſuo imperaŕ cepit. ⁊ imperauit ānis. xxv. Qui
aſſūpto imperio ꝯtra Vaſcōes qui ab imperio defecerāt. bellū indixit: cū
quibus ⁊ grauiſſima bella geſſit: ſed in breui eos in p̄tātē ſuā redegit. Britones ēt
res nouas moliētes armis in offō ꝯtinuit. ac poſtea ſarracēis Ceſareā Auguſtam 815 6014
incolētibus pacē cōceſſit. Quibus geſtis apō Aquiſgrani ꝯuentuz hūit: vbi ⁊ Lo
thariū natu maiorē imperij ſociū ſibi delegit. Et Pipinū ſecundū Aquitanie Lu
douicū tertiū Bauarie reges appellauit. Poſt ꝯtra Bernardū Italie regē ab im-
perio deficientē bellū mouēs eūdē ſuperat ⁊ interficit: quo tumultu ſedato in ſaxo
nes iterū ab imperio deficiētes: copias mittit: eorūq̨ tyrānum Veromarchuz re-
gnū affectātē: ⁊ ſecū aggredi auſū ſuperat ⁊ interficit. Bulgaros p̄terea panonias ī
uadentes primo quidē repulit. Vez cū Aaido aquitanie p̄fectus rebellaſſet: Ab
deramani ſarracenoꝝ regis auxilijs fretus omittere tm̄ bellū neceſſe fuit. hanc ob
rem Bulgari p panonias in Dalmatiā infeſto agmine penetrarūt. Sed ātēq̄ Lu
douicus in Aaidonē mouiſſet magnā hiſpanie p̄tē deficiētibus pplis iā occupaue
rat: dimiſſa circūq̨ claſſe: q̄ maritimas ciuitates vexaret. Solus aūt Bernardus
barchinonēſis comes terra mariq̨ vexatus in impatoris fide permāſit. Lotbari9
aūt pacata italia in galliā rediens: cū Ludouicus p̄r Carolū: cui poſtea Caluo co
gnomē fuit natu minimū: f̄ribus ceteris in oībus p̄feret: inuidia ſtiūlatus Ludoui-
cū p̄rem imperio depoſuit: ⁊ captū in cuſtodia recluſit. Vez eoō anno inter eos cō
uentione facta Ludouicus ipſe liberat9 impio reſtituiť. Erat autē ludouicus natu
ra clemēs atq̨ hūaniſſim9: qui cū regni ⁊ eccleſie iura ſemper tutatus fuiſſet. xxv°.
imperij ſui anno moritur. ⁊ in baſilica beati Arnulphi ſepelitur.

Stephanus. 4. papa Iulio p̄re romāo natus Leōi ſuffectus ſedit anniſ. 3. Papa. 102
mē. 7. vir nobiliſſimis ort9 parētib9: multe doctrine ⁊ integritatiſ pōtifex
q. 3. pōtificatus ſui mēſe ad ludouicū in gallias p̄fect9 ipſū apō aurelianos
inūxit ⁊ coroāuit. Atq̨ in ibi cāpulianiſ ſeditiōibus q tūc inualeſcebāt: ſedatis: cō 817 6016
poſitiſq̨ italie rebus Romā redijt ſecū deferens crucē magne extimationis: quā
Ludouicus imperator ſua impenſa beato Petro dicauerat. Moritur autem hic
ſctiſſimus pōtifex. ⁊ in baſilica Petri ſepelitur. Et tūc ceſſauit ſedes dies. xſ. Papa. 103

Paſcalis primus papa Bonoſi ciuis romani filius Stephano ſucceſſit: ⁊
ſedit ānis. 7. mē. 3. ⁊ diebus. 17. Hunc Stephanus pōti. dū viueret ꝑpter
ei9 v̄tutē ac doctrinā mōaſterio bti Stephāi p̄fecerat. Inito v̄o pōtificatu 820 6019
mādauit clicis q̄buſcūq̨ ſub anathēatis pēa ne eccl'iaſtica beneficia a quouis ſecu
lari obtinere p̄ſūeret: vt hētur in canōe. 16. q. 7. c. Si quis clicus. Hic ēt Lotbari-
um italie regē a ludouico p̄re cōſtitutuz in baſilica bti Petri inūxit. Auguſtūq̨ ap
pellauit. Multa quoq̨ ſcōꝝ corpora minus religioſe iacētia in vrbē cū magna ve
neratiōe itroduxit. hōeſtiuſq̨ recōdidit. Et tēplū btē Praxedi a fūdamētis extru
it: multa quoq̨ ſcōꝝ corpa ibi ⁊ grecoꝝ ꝯgregationē collocauit. Ferūt ēt beate Ce
cilie tēplū ab eo ꝯditū: vbi tāq̄ in hōeſtiori loco ipſius v̄gis. necnō ⁊ Valeriāi Ty
burciſ corpora locarenť. Multas ēt baſilicas vetuſtate q̄ſſatas reſtituit. ⁊ multos
captiuos perſolutis creditoribus liberauit. Tandē cū nullū religiōis p̄termiſiſſet
exemplū ſeptio pōtificatus ſui anno moritur. ⁊ in baſilica Petri ſepelitur.

Michael iunior. 40. cōſtatiopolitanus impator poſt Leonē a ſe interfectū impauit
ānis. 9. Nā Michael ſenior cuz ſe iperio abdicaſſet Leo Pardi patricij filius illi 821
ſuffect9 ē. Qui Cruminū Bulgaroꝝ regē Andriopoli potitū. ⁊ i Cōſtātiopoli ar-
ma vertentē eruptiōe facta circa vrbis menia iterfecit: q̄ res orientale iperiuz per
aliq̇ tp̄s pacauit. ⁊ cuz iperaſſet anniſ. 8. ab iſto Michaele dōeſticoꝝ comite iter
fectus ē. ⁊ iperiū eidez Michaeli p arma ꝯmiſſū eſt. Qui ⁊ venetiſ accepto prin-
cipatu: inhibuit ne mercimonia occidentis i Aſiam perferent: eiſq̨ mandauit: vt

Ludouicus
Papa.104 claſſem in auxiliū ſiculorum mitterent.

Eugenius ſecūdus papa natiōe Ro. patre Boemūdo natus paſcali ſubſti
tutus ſedit annis.4. Cuius tpe octauū ſciſma fuiſſe ferūt inter Eugeni
6026 837 um hunc ⁊ zinziniū quendā ꝓpter patrū diſcordias. Uer Eugenius pro
pter eius religionē ſcitatē doctrinā hūanitatē atq̄ eloquentiā oium ꝯſenſu decla
ratur pōtifex. Et inito pōtificatu: cū Roma fame laboraret: frumentū adeo in vr
bem introduxit: vt nullibi vilius ꝙ Rome annona vēderet. Pauper vo pupillor
ac viduar cās ita tutatus ē vt ab omnibus pauperū pater appellaretur. Tandē
in artibus his pōtifex hic optimus perſeuerans ab emulis (vt quidā aiunt) oculis
excecatus martyrio coronatur. ⁊ in baſilica beati Petri ſepelitur.

Ualētinꝰ papa pſia Ro. patre Leōtio natꝰ: Eugenio ſuffectꝰ ſedit diebus
Papa.105 40. q apō Paſcalē ⁊ Eugeniū pōtifices ſciſſimos a teneris ānis enutritꝰ
doctrinā ⁊ rōnē bene viuēdi vſq̄ ad maturā etatē didicit. adeoq̄ vtuoſus
⁊ ſanctus euaſit: vt cū tantū dyaconus eēt ſūmum pōtificatus gradum meruerit.
6029 830 Creatus vero oium cōſenſu pōtifex: nō ſecus ꝙ in priuata vita ſe hūit. ſ. in pieta
te: clemētia: ⁊ liberalitate: ita vt nulli maior in pontificatu ſecūdus ſit habitus. ve
rū exigētibus fortaſſe hominū peccatis: qui tūc erat quadrageſimo pontificatꝰ ſui
anno mortē obijt. ⁊ in beati Petri baſilica ſepultus eſt.

Papa.106 Gregorius q̄rtus papa ciuis Ro. ⁊ patre Joāne natus Ualētino ſucceſſit:
ſedit ānis.16. vir nobilitate īſignis: ſanctitate clarus: doctrina ⁊ eloquētia
p̄cipuus: diligentia ac ſollicitudie rebus in oibus admiratione dignus: q
6030 831 corpus beati Gregorij trāſtulit. ⁊ vbi nūc iacet magnis cū ornamentis collocauit.
Corpora ēt Sebaſtiani ⁊ Tyburcij ad baſilicā Petri transferri curauit. Hic roga
tu Ludouici impatoris omniū ſcōrum cōmemoratiōnē in kalen. nouē. inſtituit ob
ſeruandā: quam quidē celebritatem galli ⁊ germani primo obſeruare ceperūt. O
bijt autem hic ſanctiſſimus Gregorius pōtificatus ſui anno.16°. ⁊ in baſilica bea
ti Petri ſepelitur. Et tunc ſedes vacauit dies.xv.
Grandinē aūt mire magnitudinis p hec tēpora in galliā decediſſe tradunt: que pec
cora multa: ⁊ nōnullos homines interemit. viſa eſt tunc quedā grando inter cete
ras duriſſima longitudinis pedum duodecim exiſtens.
835 Centūcellenſis Ethrurie oppidū: qd nūc ciuitas vetus appellat̄ his tēporibꝰ ab A
phris ⁊ ſarracenis in eiuſdē portū ex aphrica delatis occupata ⁊ hōis oibꝰ expolia
ta exuritur. Jā pridē Gregorius tertius (vt ſupra dictū eſt) id oppidū pene deſer
tum reſtituerat. Fuit hic locus in quo Adrianus imperator cētū edificauit cellas
centū iudicibus ibidē inſtitutis ꝓ audiēdis cauſis eo p̄ſente deputatas. Quo i lo
co diuus pr̄ Auguſtinus Eremitas ſāctos inuiſit. ⁊ ibidē nōnullos edidit libros:
ipſe Retractationū ſuarum libro ꝯmēorat. Et ſūt qui dicant eūdē libros de Trini
tate ibidē incohaſſe. Hi aūt Sarraceni inde Romā ducentis vrbē oppugnauere.
⁊ incēſis ſuburbanis. ac beati Petri Pauliq̄ baſilicis exuſtis: a Guidone Lōbar
die marchione cū longobardis ſuis ex italia pulſi ſūt. Qui ex italia recedētes Ta
rentū ⁊ Siciliā oēm inuaſerūt: quam magna ex parte occupato panormo vaſtaue
runt. Bonifacius aūt Corſice comes cū auxilijs quorūdā Tuſcorū claſſe in aphri
ca delatus: inter Uticam ⁊ Carthaginem quater cum eiſdem congreſſus tantam
hominum ſtragem edidit: vt coacti ſint mauri ſuos ex Sicilia reuocare: qui pꝛie
laboranti opē ferrent. Hac itaq̄ ratiōe Jtalia ⁊ Sicilia hoſtibus liberate ſūt.

Bartholomei apoſtoli tranſlatio.

Sicardus Beneuentarum prefectus huic bello preſens exiſtens: veritus ne ſāctiſſi
mi Bartholomei corpus in barbarorum manus deueniret: illud ex Lypari Be
neuentum transferri curauit.

Uiri diſciplinis excellentes.

Rabanus monachus ⁊ Maguntinus archiepiſcopus: Theologus clariſſimus ⁊ in
ſignis poeta: per hoc tempus in proſa ⁊ carmine duobus dicendi modis plurimū
valuit: qui ⁊ multos commentatus eſt. ⁊ edidit libros. Quorū tituli ſunt iſti:

Ludouicus

Super geneſim li 4 icipit In prīcīº fecī deº Sup epl'am ad Ephe. li 5
Super Exodum li 4 Exodus exatus De inſtitutione clericoꝝ li 1
Super leuiticuꝫ li 1 Sequentis libꝛi De laudibus crucis li 2
Super deutronomiūli 1 Et ſuper paralipome. ⁊ machabeoꝝ cōmentatus eſt.
Super Mattheuꝫ li 8 Expectatione itaqꝫ būit ⁊ ſermões ad pplm elegātes.

Strabus eminētiſſimº theologº ⁊ ꝯmētatoꝛ diligētiſſimus Rabani ipſiº auditoꝛ. nec ipo p̄ceptoꝛe iferioꝛ ꝑ hec ēt tēpoꝛa in p̄cio fuit. Qui teſtāte Vicētio gallico i hiſtoriali ſpeculo hec que ſubiecta ſūt perpulchre commentatus eſt. vꝫ.

Sup libꝝ nūeri li 1 Super Regū li 4 Sup Judith li 7 Sup heſter li 1
Sup librū ſapientie li 5 Sup eccl'iaſticū li 10 Sup hiere. li 1. Sup machab. li 5
Sup actº aplorum li 1 De offō eccl'ie li 1 Ad ludouicū ipatoꝛē ⁊ multa alia.

Theophilus Aurelianēſis epš vir genere: ſcia ⁊ diſciplina p̄cipuus his ēt tēporibus ad Ludouicū imperatorē falſo accuſatus carceri mancipaꝰ: vbi ⁊ nōnulla inſignia: ⁊ p̄cipue v̄ſus illos: qui in Ramis palmaꝝ ante foꝛes tēpli cātanꝰ cōpoſuit: vꝫ. Gloꝛia lauſ ⁊ honoꝛ tibi ſit rex chꝛiſte redēptoꝛ. Quibº editis contigit impatorem in feſto palmaꝝ illac iter facerꝰ: dū epš illos decātaret. Quibus imperatoꝛ demolitus epiſcopum optimum abſoluit. ⁊ ad ſuū epatū cū gloꝛia remiſit.

Deuſdedit mōtis caſſini abbas vir religioſiſſimus hiſdeꝫ tēpoꝛibus ob ſctitatem ⁊ doctrinā in p̄cio fuit: quē tandē Sicardus beneuētanoꝝ tyrannus captū ob denegatā pecuniam in carcere coniecit. Quo quidem in loco non ſine ſāctitatis ⁊ martyriſ opinione moꝛtuus eſt. 854

Theophilus q̄dragesimusp̄rimus cōſtātinopolitanus imperatoꝛ Michaele iunioꝛe moꝛtuo: imperauit ānis. xv. hic eſt: quē Michael p̄dictus cū claſſe aduerſus ſarracenos miſerat nō auſus illis congredi a Petro venetoꝝ duce ſexaginta Triremium claſſem obtinuit. Cui cōiunctus in ſarracenos duxit: illi vela ventis dederꝰ. Tarentina obſidione ſoluta. Sed caſu magis q̄ virtute Sabbas ſarracenoꝝ dux cū chꝛianiſ ꝯflixit: victoꝛqꝫ oēſ venetoꝝ triremes cū militibº aut cepit: aut demerſit Theophilus cum paucis Cōſtantinopolim fugit. Elati hac victoꝛia ſarraceni oīa longe lateqꝫ populantes: cuꝫ Anchonam ciuitatem diripuiſſent: domumqꝫ redirent permittente deo fluctibus obꝛuti ſunt.

Petrº Gradenicus Pola oriūdus q̄rtuſdecimus venetoꝝ dux Joāni duci ſuffectus ducauit ānis 29. hic ſuſcepto magr̄atu ſtatim Joannē filiū ducatus conſoꝛtē fecit ⁊ eccleſiā ſancti Pauli in vrbe edificauit. Inde rogatus a Theophilo imperatore p̄dicto ex ſenatº cōſulto ſexagita naues in ſubſidiū ꝯtra ſarracenos miſit: que oēs tandem a ſarracenis ſuperati: vel merſe vel capte fuerūt. Eo etiaꝫ regnante pº p̄dictam cladem quaſdā etiam naues mercimoniſs onuſtas e Syria venientes idē Sarraceni in ſinum tergeſtinum omnes interceperunt. ⁊ omnes moꝛtales in illis repertos ad vnum vſqꝫ trucidauerunt. Is enim cum vir doloſus iniquus haberetur. Cuius intentio omnis ad rapiendum compꝛimendumqꝫ duceretꝰ. ⁊ omnia ꝑ nephas coaceruare anniteretur: ſeditione contra eum oꝛta apud ſanctum Zacbariam finitis veſperis obtruncatus eſt. ⁊ in eodem loco ſepultus. Sunt tamen qui dicant id filio Joanni duci: non ſibi eueniſſe. 836

Lothariꝰ

LOtharius Ludouici imperatoꝛis filius tertius galloꝛum imperatoꝛ: imperauit cum Ludouico filio: quem imperij conſoꝛtem fecerat annis q̄ndecim. Huic Lothario Pipinus ⁊ Ludouicus: ac Carolus cognomēto Caluus fratres fuerunt. Sed Ludouico pio patre defuncto: pꝛo Aquitanie regno quod eoꝝ frater Pipinus iam defunctus tenuerat, decertarꝰ ceperunt. Ludouicus enim ⁊ Carolus contra Lotharium hunc eoꝛum fratrem pꝛo huiuſmodi partes acriter dimicarunt. In quo quidem pꝛelio multi vtrinqꝫ cecidere. Lotharius tamen poſtremo victus ex agro Frontanici Aquiſgranum confugit. Indeqꝫ deturbatus inſtantibus hoſtibus Viennā cum coniuge ac liberis ſe contulit. Inſecuti etiam eo fratres cum exercitu ſunt. totumqꝫ comitatum in pꝛelio Lotharius amiſit. ⁊ vix ſolus e trecentis equitibus a tanta ſtrage fuga pꝛolapſus eſt. Sꝫ Sergius pontifex: his auditis totius regni interitum miſeratus ad eos placandos ex 891 6040

Lothbarius
Italia legatos miſit:qui vna cū regni proceribus pacis federa inter eos hoc pacto
cōpoſuerunt:videlicet vt pars illa occidētalis regni q̄ a Britānico oceano vſqʒ ad
Moſan flumen ptinet:Carolo Caluo obtēperet. Ludouico vero germania vſqʒ
ad Rheni fluēta.ꝛ qcquid tranſrhenū genitor poſſediſſet cōtingeret. Lothbarius
aūt cū imperij titulo Romā obtineret cū Italia ꝛ ea parte gallie: que olim Nar/
bonēſis nūc romana puintia vocaṫ.addētes etiā eam partē que inter Scaldum ꝛ
Rhodanū fluuios lothoringe nomē accepit a Lothario. Rebus ita cōpoſitis Lo
tharius Ludouicū filiū ſuū regni ſociū aſciuit. Et cū ſenex effectus eēt. ꝛ ipſe inter
filios regnū diuiſit.relinquēs Ludouicū imperatorē. Ipſe aūt ſuſcepto mōachorū
habitu.non ita multo poſt vitam cum morte mutauit.
Papa.107 Ergius ſecūdus papa ex Sergio pr̄e romāo natus:poſt Gregoriū ſedem
beati Petri accipiēs ſedit ānis.2.ꝛ mē.3.hic cū prius Oſporci vocaretur
ob deformitatē nois mutare vocabulū coactus ē ꝛ Sergiū ſe appellari fe
6045 846 cit. Et inde mutandorū nominū ꝯſuetudo aſſūpta fuit. Ferunt hūc ex illuſtri fami/
lia natū a ſuis maioribus nō degeneraſſe. Quippe q nutritus fuerat a ſanctiſſimis
pōtificibus Leone tertio Stephano quarto.ꝛ Eugenio ſecūdo:quorū moribus ꝛ
doctrina plurimū claruit.hic pōtificatu ſuſcepto in ornādis templis animuʒ adie
cit.ꝛ inter cetera baſilicas Silueſtri Martini vetuſtate collapſas reſtituit:i eaſqʒ
multa ſcōrum corpora collocauit. Et iuxta baſilicā Silueſtri mōaſteriū a fundam
tis in honorē aploꝝ Petri ꝛ Pauli conſtruxit:vbi iugiter res agebaṫ diuina. Re
aūt publica optime ab Sergio iſto gubernata:pr̄ie pater apellatus ē: ꝛ moriēs in
beati Petri ecclia ſepeliṫ. Et poſt vacauit ſedes menſes.2.ꝛ dies.15.
847 Michael tertius Theophili impatoris fili⁹ ſecūd⁹ ꝛ q̄dragesim⁹ cōſtātinopolitan⁹
impator pr̄e defūcto impauit vna cū Theodora mr̄e ānis.11.ꝛ poſtea ſol⁹ ānis.13.q
impio ſuſcepto legatos ad Nicolaū pontificē Ro.ad inuiſenda aploruʒ limina mi
ſit:quibus ꝛ patenā auream:calicēqʒ aureū iuſti ponderis cū gemmis magne exti/
mationis ornatum dono tranſmiſit. Quos legatos pontifex perbenigne ſuſcipiēs
etiam cum muneribus domum remiſit. Hic Baſilium quendam imperij conſortē
fecit:qui paulopoſt vt ſolus imperaret:dolo interfecit.
Papa.108 Leo quartus papa mōachus exiſtens ex Rodulpho patre Romano nat⁹
Sergio ſuffectus ſedit ānis.8.men.3.ꝛ diebus.6.vir ſane in oī religione
Innocētia:pietate:hūanitate:bōitate ac doctrina eccliaſtica inſignis:cui⁹
6047 848 geſta pclara ſi cuncta ſcriberenṫ.voluminis modū excederēt. Fuit preterea tante ſan
ctitatis:vt orōnibus ſuis baſiliſcū ſerpentē:cuius venenatu ābelitu perierant mul
ti e fornice ſācte Lucine depulerit. Cruciſqʒ ſigno maximū illud incēdiū extinxit
quod diu p domos ſaxonū ꝛ lōgobardorū vagatū fuerat:ꝛ diui Petri Baſilice ap
propinq̄bat. Ob cuius rei mēoriā mandauit aſſūptiōis octauas: quibus hoc mira
culū patrauit:ppetuo celebrādas. Hic vrbis menia ꝛ portas vetuſtate collapſas re
ſtituit.ꝛ turres.15.a fundamentis erexit. Quattuor coronatorū corpora ſua diligē
tia inuenit: qb⁹ ſub altari collocatis eorū templū inſtaurauit.ꝛ multa ſāctorū aliorū
corpora ibidē addidit. Dū his ſāctiſſimis vacaret rebus. Sarraceni cū magna claſ
ſe ꝯtra neapolitanos Romanoſqʒ venere:contra quos pōtifex ipſe quanta potuit
manu eis ſtatim auxilio fuit. Verū ut ſanctū decebat pontificem primo āte deum
orōnē fudit dicēs. Deus cuius dextera beatū Petrū ābulantē in fluctibus ne mer
gereṫ erexi.ꝛc̄.ꝛ ſigno crucis cōtra hoſtes facto pugnandi copiā ſuis fecit:qui p⁹
lōgū certamē hoſtes virili aīo ſuperarūt atqʒ fugarūt. Indeqʒ Romā cū gaudio re
uerſus ſtatim Vaticanū menibus cinxit:ꝛ a ſe locū Vaticani leoninā vrbem ap/
pellauit. Cōſueuerāt.n.hoſtes ātea leui incurſione baſilicā Petri in Vaticāo ſpo
liare.ꝛ propterea id pōtifex effecit.ꝛ vrbē quidē ipam quinqʒ annis abſoluit. Po
ſtea fores Petri a ſarracenis direptas ex ipſorū ſarracenorū manuaijs reſtituit. Tā
dem repletus bōis oibus ad celeſtia regna volauit. Cuius corpus.16°.kalē. Augu
ſti collachrymātibus cūctis in beati Petri baſilica ſepeliṫ. Et inter ſāctos relatus
eo die eius feſtū celebraṫ. Et extunc ceſſauit epiſcopatus dies.15.
Adidulphus anglorū rex chr̄ianiſſimus vir ꝛ Ro.ecclie deuotiſſimus hoc anno re

Ludouicus ſe
gnare cepit. ⁊ regnauit annis. 7. Qui ob ſingularē religionē vniuerſā inſulā Ro. 850
eccleſie tributariam fecit. conſtituitqꝫ vt ſingula domus quot annis ſingulos argē/
teos ipſi eccleſie perſolueret.

Ludouicus ſecūdus q̄rtus gallorꝫ imperator pře Lotbario defuncto ipera Ludouic⁹ 69
uit annis. 21. Nā lotbarius iā natus grādeuus ſūpto mōachi bitu. bunc
impatorē deſignans cū exercitu in Italiā miſit. Qui nimia elatus felicita
te, quocūqꝫ iter faciebat: oia cedibus ⁊ rapinis inuolnebat. Vez cū Rome appro
pinquaſſet, ei bonoris grā Romāi ciues obuiauerūt. Quāobrēꝫ ferocitate depoſi 856 6055
ta mitior eē cepit: ⁊ ei p̄ter ſentētiā ingredi vrbē liceret: deductuſqꝫ cuꝫ crucibus ⁊
clero ad beati Petri gradus: pōtificē Sergiū offendit: ⁊ mutuis oſculis: mutuaqꝫ
⁊ data ⁊ accepta ſalutatione in octaua pētbecoſtes tp̄ibus bti Petri pariter ſūt in/
greſſi: vbi pōtifex ipm̄ Auguſtū deſignās corona impij eū coronauit. Atqꝫ quicqd
boneſti poſtulaſſet (quo citius ab vrbe diſcederet) facile cōceſſit. Ceſar igit̄ coro/
natus ſtati Roma egrediens: pacato agmine Papiā conceſſit: vbi deiceps omnem
vitam ſuā Romā eundo ⁊ redeūdo contriuit. Seditiōes tamē ⁊ conſpirationes a
Carolo filio ſuſtinuit. Quā ob cām multos in ciſalpina gallia pricipes, propter ſu
ſpitionem interfecit.

Edmūdus Anglorꝫ rex boc āno poſt Alidulpbū anglis regnare cepit: ⁊ regnauit 857
annis. 14. vir quidē religione ⁊ ſcitate p̄cipuus: qui a danis ifidelibus multas pſe/
rens icurſiones. tandē vaſtata Anglia bello cōprebēſus martyrio coronat̄.

Iohannes ſeptius papa anglicus natione: poſt Leonē ſucceſſit: ⁊ ſedit ānis
duobus ⁊ men. 5. Būc tradunt fuiſſe feminā q̄ adoleſcens admodū ex an
glia athenas cū quodā doctiſſimo viro amaſio ſuo, pfecta, ibide bonaꝝ ar/
tium p̄ceptores audiēda tm̄, pfecit: vt Romā veniens paucos admodū etiam in ſa
cris litteris baberet pares. Ea enim legēdo: diſputando: docēdo: orādoqꝫ tantam 858 6057
beniuolentiā ⁊ auctoritatē ſibi comparauit: vt mortuo Leone in eiuſdē locum (vt
multi affirmant) omniū conſenſu pontifex crearetur. Verū poſtea a familiari cō/
preſſa grauidatur. ⁊ papa exiſtens peperit. Nā ex Vaticano ad lateranēſem Baſi
licāꝫ aliquando ad letanias, pfecta inter coleſeū ⁊ ſanctū Clementē doloribus cir/
uenta pepererit. ⁊ eo loci mortua ē: atqꝫ ibi ſine ullo bonore ſepultā ferunt: quam
nonnulli inter pontifices non nūerant. Banc ob rem pōtifices cōſueuerunt quan
do ad lateranenſē baſilicam, pficiſcūtur deteſtandi facinoris cā, viam cōſulto decli
nare. Et ad euitandos ſimiles errores: ſtatutū fuit ne quis de cetero in beati Pe/
tri ſede collocaretur prius q̄ꝫ per foratam ſedem futuri pōtificis genitalia ab vltia
dyacone attractarentur.

Benedictus tertius papa natione Ro. patre Petro oriundus poſtea ſuffe/ Papa. 109
ctus ſedit annis duobus men. 5. ⁊ diebus. 6. qui ob vite ſcitatem merito
Benedictus appellatus ē. Ferunt. n. in buius electiōe oēs patres ſic vna
nimiter conuēiſſe. qd̄ videretur tanq̄ꝫ ſydus a deo in terras miſſū. Is autē flendo 860 6059
deuꝫ ac ſanctos teſtes faciebat ſe nequaq̄ꝫ dignū eē: qui tāte ſedi p̄ficeret̄. Sed oi/
bus acclamantibus ⁊ eius electionē approbātibus inuitus pōtificiū munus ſuſce.
Quod cū iniiſſet perſepe ⁊ ieiunijs et orationibus vacabat: deum rogitās vt ſan
cte ⁊ integre eccleſiam gubernare poſſet. Qui tante māſuetudis: tanteqꝫ aioſitatiſ
fuit vt tā in magiſtratu q̄ꝫ in priuata cōſtitutus vita carus omnibus ⁊ gratus vide
retur. Nā quicquid in pōtificatu verbis inſtituit: facto ⁊ opere in omnibuſ ꝯprobа
uit. Opera miſericordie cupidiſſime perſoluēs: funeribus ſacerdotū ſēper intereē
volebat viſitabat infirmos. alebat pauperes. deſperatos ac calamitoſos ꝯſolabat̄
Necnō ⁊ viduas: pupillos, oppreſſoſqꝫ acerrime tutabatur. ⁊ bis artibus oēm vi
tam ſuam cōtinue deducebat. Multaſqꝫ eccl'ias vetuſtate collapſas in vrbe reſti/
tuit: eiſqꝫ m̄lta dōa obtulit. Tādē vir ſactus moriēs ſuum corpus āte fores eccl'ie
beati Petri ſepeliri mandauit. Et tunc uacauit ſedes dies. 15. Papa. 110

Nicolaus prim⁹ papa patria Ro. patre Theodoſio p⁹ Benedictū ſedit an
nis. 9. mē. 2. ⁊ dieb⁹. 20. Et ſūt q dicāt p⁹ būc ſedē uacaſſe ānis. 8. men. 7. ⁊ 863 6062
diebus. 20. Bic magno Gregorio in oib⁹ pſimilis fuit: a teneris quippe

Ludouicus hus
annis bene ⁊ ſancte educatus extitit. Qui etiā Benedicti predeceſſoris ſui corpuſ ꝓprijs manibus tumulo cōmendauit: queꝫ ⁊ poſt multas oꝛones: vigilias ⁊ ieiunia patres pōtificē licet abſentē creauere. Quo audito Gregorij moꝛe in Vaticanum fugiens vitandi honoꝛis cā ſe latuit. Sed inuētū in atriū lateranenſe perduxerunt. nolentēqꝫ etiā in ſolio collocarunt apoſtolico. Deinde in baſilica Petri conſecratus ſumpta de moꝛe pōtificia coꝛona: multa cū Ludouico Ceſare: qui p̄ſens aderat locutus ē: tū ad pontificatū: tum ad imperiū pertinētia. Michael quoqꝫ cōſtātinopolitanus imperatoꝛ audita eius fama (vt p̄miſſum ē) viſendi gr̄a legatos cū muneribus Romā trāſmiſit. Cū aūt hic pōtifex poſt multas perturbationes a moleſtijs liberatus eēt: multas baſilicas reſtituit. Poſtea Ludouico approbante multa Gratiano teſte inſtituit: ne. ſ. vllus ſecularis pꝛinceps: aut rex ea que ſacerdotum ſūt de cetero vſurpare p̄ſumerent: vt hēmus in canōe. 10. di. c. Imperiū veſtꝛ. Mandauitqꝫ vt decretales: epiſtole vim auctoꝛitatis vbiqꝫ haberent. 19. di. c. Romanoꝛū pontificū. Vetuit itē ſub anathematis pena ne qui inferioꝛes ſuperioꝛibꝰ maledicerēt. 21. di. c. Submittiť. Conſtitutionē preterea perpulchrā de romāo pōtifice deligēdo oꝛdinauit. 23. di. c. In noīe domini noſtri. Mandauit preterea omnibus fidelibus ne miſſā ſacerdotis cōcubinariſ audirēt. 32. di. c. Nullus miſſam. Decreto quoqꝫ publico ſtatuit: ſi quis ꝓ papa ſe ingereret: niſi vnanimiter ab omab oībus eſſet electus: ut nō apoſtolicus: ſed apoſtaticus cenſereť. 79 di. c. Si qs apoſtolice ſedi. Mandauit ēt iudicibus oībus nullā ſentētiam ferrent parte abſente. 3. q. 9. c. Reuera. Voluit item decreto eodem vlluꝫ a ſede ſua deiici epiſcopum: ꝓpter infirmitatem. 7. q. 1. c. Pontifices. Cōſtituit inſup nuptie non clādeſtine: ſꝫ publice celebrari. 30. q 5. c. Noſtrates. Voluit deniqꝫ vt in cena domini ſacerdoteſ ꝓpter ſolennitateꝫ inſtitutionis ſacramēti. Gloꝛia in excelſis deo in miſſa canerēt: de conſe. di 1. c. Gloꝛia in excelſis. Voluit p̄terea baptiſmi ſacramentū irritari. ⁊ ſi a pagano miſtraretur: de cōſe. di. 4. c. A quodā iudeo. Hic demuꝫ pōtifex in omni v̄tutis genere p̄ſtans: cū moꝛereť ex teſtamento mandauit ſuuꝫ coꝛpus ad exēpluꝫ predeceſſoꝛis ſui ante foꝛes Petri templi ſepeliri ſanguinē apud Brixiā ciſalpine gallie vrbē hoc anno tres dies ⁊ noctes pluuiſſe fertur.

864 Locuſte innūerabiles tēpeſtate hac in gallia apparuere: ſenes alas: ſexqꝫ pedes habētes: q in caſtroꝝ acies turmatim volitantes vniuerſa queque viriditatē habētia vaſtantes queque omnibus cōſūptis in britānicū mare ſeſe p̄cipites dedere. Sed a vētiſ i terrā reiecte aerē ifecerūt: pp qd̄ maria ⁊ gn̄al' hoīꝫ moꝛtalitaſ ſb̄ſecuta ē.
Tyberis quoqꝫ flu. ⁊ ipſe hoc āno adeo romanā vrbē vexauit: vt non niſi lyntheribus e vico ad vicū trāſire liceret. Unde ⁊ multe baſilice in Roma: ac p̄ſertim ſācti Laurētij in lucina ⁊ mōaſteriū ſācti Silueſtri cū vniuerſa illa regiōe ita occupauerit ut diluuiū inſtař putaretur: qua inundatiōe multe domus: multeqꝫ arboꝛes euerſe ſint. Sata quoqꝫ Rome ⁊ in tota ciſalpina gallia diſſipata ſunt.

Bulgarorum conuerſio.

Bulgaroꝝ rex hiſdē tēpoꝛibus lr̄is ⁊ admōitionibus Nicolai pōtificis ad fidē chr̄i cū oī ſua ꝓuincia ꝯuertiť: quibus ⁊ pōtifex ep̄os ac p̄ſbyteros deſtinauit: qui neophitos in fide ꝯfirmarēt: pulſo inde photino. Cuiuſ fraude idem bulgari in erroꝛē delapſi fuerāt. Hoꝝ aūt rex tante fuit ꝑfectionis: vt maioꝛe filio in regē ſubrogato ipſe monachoꝝ hitū ſuſceperit. Vez cū idem filius ſe ad idolatriam v̄tiſſet pr̄ reſūpta dignitate eū e regno deiecit. ⁊ eius effoſſis oculis in carcereꝫ coniecit. Et iuniore filio in regnū collocato ipſe rurſus hitū reaſſūpſit. poſt moꝛtē tamē regiſ primi Bulgari non ita multo poſt donis ⁊ pollicitatiōibus cōſtātinopolitarū ſacerdotū coꝛrupti latinis ſacerdotibus pulſis grecos receperūt: que quideꝫ ſeditio maloꝛum incendia inter grecos latinoſqꝫ ſuſcitarunt multa.

865 Urſus particiacus Petro duce venetoꝝ merito obtruncato: cūctis applaudētibus venetis quintuſdecimus dux ſuffectus ducauit annis. 17. ⁊ men. 7. Hic antē anno tertiodecimo magr̄atuſ ſui Joannē filiū ſuū ducatus ꝯſoꝛtē accepit. Qui vt vir ingentis aī ⁊ patrie amatoꝛ maxias res nō minus Italie ꝙ veneſtis glorioſus geſſit. Quia ſarracenos q Anconā ciuitatē ſpoliauerāt ⁊ incēderant: atqꝫ omneꝫ Italie

Ludouic⁹ 6⁹.

oꝛam: que ab Ancona ad Jdruntū vſq₃ intercedit affixerant ab italia oio pepulit, 850
atq₃ ita ſua v̄tute italia omnis pacatiſſima reddidita fuit. Eo aūt ob clariſſimo fa
cinoꝛe geſto: Baſilius grecoꝝ impator ad gratificationē rei bene geſte: Vrſuʒ hūc
ꝓthoſpartarium declarauit ſuum: q̄obrē ꝛ ipſe dux accept. muneris grās relatu
rus. Cāpanas duodecim magni pōderis imperatoꝛi Cōſtantinopolim dono mi
ſit. he quippe campane pꝛime fuerūt quas greci habuerunt.
Baſilius Michaelis impatoꝛis filius. 43. cōſtantinopolitan⁹ impatoꝛ hoc āno moꝛ 871
tuo p̄re impare cepit. ꝛ impauit annis. 17. Huius rogatu pꝛo Bulgaris nuper ad
Chꝛiſti fidem (vt diximus) ꝯuerſis Synodus apud Cōſtantinopolim Adriano
pontifice ꝑmittente habita ē: vbi poſt longā ꝯtentionē Bulgaros (co ꝯtradicente)
Romane ſedi ſubiectos eſſe debere adiudicatum eſt.
Adrianus ſecūdus papa: Thalato patre romano genitus poſt Nicolaum Papa.iii
ſuffectus ſedit annis. 5. ꝛ men. 19. vir q̄dem liberalis: ꝛ in pauperes muni
ficus. Cuius rei cā et nolēs pōtifex creatus ē. Et Ludouicus imperator
hoc audito legatos ſtatim Ro. miſit. ꝛ huiuſmodi electionē appꝛobans Romāos 873 6072
plurimū laudauit. Qui pontificatu aſſumpto: oia que ad honoꝛem dei pertinebāt
circūſpiciens verbis ꝛ exēplo: atq₃ auctoꝛitate tū ſua. tū maioꝝ vnūquenq₃ ad be
ne beateq₃ viuendū cohoꝛtatus eſt. Tandē autem cū ſeſe omnibus Chꝛi eccleſie
hoſtibuſ quoad fieri poterat obieciſſet: cum moꝛtuo Ludouico imperatoꝛe Caro
lum filium inuncturus eſſet: moꝛitur. ꝛ in baſilica petri ſepelitur. Et tunc ceſſauit
ſedes dies duodecim.
Joannes octauus papa natiōe Ro. patre Gundo Adriano ſucceſſit. ꝛ ſe Papa.iiꝛ
dit annis. 10.. hic cū in initio ſui pontificatus Carolū ſm qui tum Romā
venerat: imperatoꝛē inū gere decreuiſſet a Romāis capitur. ꝛ in vincula
coniicitur. Sed adiuuātibus quibuſdā amicis ſuis fuga ꝑlapſus ad Ludouicum 879 6078
Balbū regem in Franciā ſe contulit: vbi per annū moꝛatus ē. ꝛ ibidē inuncto Lu
douico rege a Carolo tertio Romā vocatus rediit: eūq₃ etiaʒ inūctum imperij di
ademate oꝛnauit. Hic apud Trecas vrbem conſilio hito multa ad fideʒ ꝑtinentia
ibidē Gratiano referēte conſtituit. Et inter cetera ſtatuit ſiquis ſacerdos: aut lay
cus homicidium perpetraret: nullatenus ad ſacros oꝛdines admitteret. ꝛ nec miſ
ſam celebꝛare preſumeret: vt hētur in canone. 50. di. c. Miroꝛ. Statuit iteʒ: Si q̄s
ſacrū de nō ſacro abſtuliſſet: aut nō ſacrū de ſacro: ſacrilegij pena mulctaret. 17. q.
4. c. Si q̄s. Hic vir eruditiſſimus fuit: qui adhuc dyaconus exiſtēs magni Grego
rij vitam q̄ttuoꝛ libris exarauit. Tādē moꝛtuus in bti Petri baſilia ſepelitur.
Carolus ſecundos cognomento Caluus Ludouici p̄dicti imperatoꝛis fr̄
quintus galloꝝ imperatoꝛ ānno pꝛimo Joānis pꝛedicti pape imperare ce 877 6076
pit ꝛ imperauit annis. 6. hunc Carolū caluū: cū Joannes in pꝛincipio ſui
pōtificatus Auguſtum appellaſſet. Jndignati filij ludouici cuʒ multo exercitu in
Jtaliā cōtra ipſum Carolū deſcēderunt: ut eundē patruū ſuum impio ſimul ꝛ vi
ta pꝛiuarent. Quibus auditis Carolus cū exercitu mox Veronā pꝛoperans. Tri
dentinos ſaltus nepotibus occludere decreuit. Sed apud Mantuā langoꝛe coꝛre
ptus venenata potione: quā Sedechias Hebꝛeus quo medico vtebat̄ dedit: moꝛ
tuus. Quo defūcto Joannes pōtifex totis viribus eius filium Ludouicū Frācie
regē ſubſtituere iperatoꝛē ſtuduit. Romani aūt proceres ab oibus oꝛnatib⁹ obſtite
re ne id efficeret cupiētes Corolū tertiū Germanie regē imperatoꝛem eſſe. Jn ea
vero ſeditione cum non deeſſent qui Ludouico fauerent: pontifex a Romanis ca
pit̄: ꝛ in vincula coniicit̄. Hic autē Carolus multa mōaſteria ꝛ et eccleſiaſ multas
condidit: ꝛ rem diuinam admodum auxit.
